am virtutem. Audi paulū dicētem ad he.i. Qui portat oīa verbo virtutis sue purgatōem peccatoꝝ faciens. ꝛc. O vere stella mirabilis/ vere laudabilis/ vere ꝺesiꝺerabilis. Igit̄ venite corrupti subiacentes ad incorruptibilē/ vt per eam nobis incorruptibile hoc induat in corruptionē: et mortale hoc in mortalitatem. Gratia vacui ad plenam/ vt cum sitis vacui gratia de plenitudine eius. Sicut adipe ⁊ pinguedine repleatur anima nostra. imperfecti ad perfectam vt cum venerit quod perfectum est per eam euacuetur quod ex parte est. ¶ Paruuli ad magnam vt per eam in eo crescatis cuius magnitudinis non est finis. humiles ad sublimem vt per eam nos exaltet qui per eam ꝺeposuit potentes de sede. ¶ Claudicantes a semitis nostris ad circūuolubilem vt mulier que circumdedit virum gremio uteri sui sit in circuitu populi sui: ex hoc nunc et vsqꝫ in seculum. Debiles ad eius virtutem vt cū aliquis ceciderit non collidatur/ sed mater dīne pietatis supponat manū suam. ¶ Stella maris. Super illud luce primo Et nomen virginis maria. Dicit beatus bernardus loquamur pauca sup hoc hoīe quod virgini matri deum conuenienter adaptatur. Ipsa nāqꝫ aptissime spēri compar. Quia sicut spous sine sui corruptione emittit radiū/ sic absqꝫ lesione virgo peperit filiū. Nec spēris radius suam minuit claritatem: nec virginis filius suam integritatē. Ipsa nobilis illa stella ex iacob orta/ cuius radius vniuersum orbem illuīat/ cuius splendor et prefulget in supernis/ et inferos penetrat terras etiam plustrans/ et calefaciens magis mentes q̄ corpora/ fouet virtutes: exquo quit vicia. ¶ Ipsa nāqꝫ est preclara et eximia stella super hoc mare magnum ⁊ cetera necessarie suboleuata/ micans meritis: illustrans exemplis. ¶ O quisqs te intelligis in huius seculi profluuio magis inter procellas et tempestates fluctuare/ q̄ per terram ambulare. Nec auertas oculos a fulgore huius spēris si non vis obrui procellis Si insurgant venti tentationū. Si incurras scopulos tribulationum/ respice stellaz: voca mariā. Si iactaris superbie

vndis/si ambitionis/si detractionis/si emulatōnis/respice stellam: voca mariam. Si iracundia aut auaricia/aut carnis illecebra nauiculam concusserit meritis respice mariaz. Si criminū imanitate turbatus conscientie fedidate confulsus/iudici horrore perterritus/baratro incipias absorberi: Tristicie disparationis abysso/cogita mariam. In periculis/in angustiis/in rebus/diebus/mariam cogita:mariam inuoca. ¶ Non recedat ab ore/non recedat a corde/et vt impetres orationes suffragium non deseras conseruationis exēplum. Ipsam sequens non deuias/ipsam rogans non desperas/ipsam cogitans non erras. ¶ Ipsa tenente non corruis/ipsa protegente non metuis/ipsa duce nō fatigaris/ipsa propicia peruenis. Et sic in temetipso experiris quā merito dictum sit. Et nomen virginis maria. ¶ Item tempore huius salutationis valde congrue appellata est maria stella maris. Quando scz nulli erant in celo beati. de hoībus intellige inmūdo nulli aut paucissim iusti/sed fere oēs erant in mari. i. in amaritudine peccatorū ignorantie tenebris inuoluti. Et ideo iuste stella maris id est miserorum nūcupata est que ad hoc ordinata est ab eterno vt per eam dicī ꝙ tū est in se oīm misereretur. Ideo dicit ipsa pro nobis canticoꝝ. viii. ¶ Ab eterno ordinata sum. Modo autem in tempore gratie cum non solum miseris/sed et solum iustis illuminet et beatis videtur magis vocanda stella mundi/stella celi/stella maris.
Stella mundi id est iustoruz qui propter cordis mundiciam mundus appellatur. quia dum affectu deuotionis ad illam respiciunt contra pressuras mundi consolationis ab ea beneficia consequentur. ¶ Stella celi quia claritate sua omnes illuminat ordines beatorum ¶ Stella maris quia omnes miseri fluctuantes in amaritudine criminuz in ipsa refugium inuenerunt: Que lucem genuit fluctuantibus in hoc marī/vt etiā stella maris q̄ p̄cipue illuīat amaros ꝑ pctīs. Et ipa est lumē pctōꝝ etiā ꝓfūdissie peccātiū/sicut pz in theophilo.

¶Item stella maris q3 sicut stella in mari nauigantibus rec te vie iudiciū est: sic maria in hoc mūdo tortuose viuentibus aliis rectā viā humilitatis/aliis castitatis/aliis bone opatōis aliis ptemplatōis/seu cuiuslibz virtutis ostendit. ¶Itē stella maris q3 nauigantes mare mūdi spacioſū vbi reptilia absq3 numero sunt/et aialia pusilla cū magnis ipaz inter omnes stellas. i. sanctos precipue cognoscūt ad eā frequētius spūali bus oculis respiciunt. perditā solicius viā requirūt. secūdum eam iter suū dirigunt. Ipsa enim recte viuere cupiētes exē plis suis dirigit/errantes reducit: periclitantes ad portū sa lutis deducit. ¶Item hec stella maris stellis ceteris pēminet tribus modis. Altitudīe/īmobilitate/luminis cūmunione. Altitudine q3 in vertice mūdi pōsita sicut caput membris: sic super extollit ceteris stellis. Vnde peta. hic vertex nobis sēp sublimis ac illū hoc est eius oppositū. Sub pedibus stix atra videt manesq3 profundi. Similit et maria vniuersis celi et terre creature altior q3 ceteri facti migrātes a corpre recipi= untur inter choros angelo3. Maria quadā excellēti maiesta te glorie exaltata est sup omnes choros angelorū: et sup oēs ordines sanctorū. Vnde vidi speciosam sicut columbā sup ri= uos aquarū. ¶Immobilitate. quoniā quasi in centro firma menti pōsituta ceteris vario motu modo ad ortū/modo ad oc casum tēdentibus ipsa immobilis pōsistit. Vnde visum ad ce teros filios hominū qui sua mobilitate corruerūt et corruūt tota. et sic videre poteris quomodo illa īmobilis z immutata permānsit. Nec solum immobilis per peccatū/sed vt breuiter dicam ad nullū promissum āgeli a voto virginitatis seu pro pōsito titubauit. Vnde et castelluz appellat fundatū super fir mā petram/que est christus. ¶Lumīs cōmunione q3 ceteris factis vicissim lumē suū prebētibus. hec sine vicissitudīe: hec semp equali radio ꝓtum in se cunctis viuentibus claritatez marie fundit. Ceteri enim facti iure quodā patroātus sibi cōmissis plus possunt prodesse. et sic mortalibus īpendūt sua suffragia. Sed modo differētī vt petrus romanis/Dyonisi9

franſcigenis. Martinus turonicis et eiuſmodi. pro ſuo etei grege plus põt quilz ſanctus in cura altiſſimi ꝙ pro alieno

¶ Maria vero ſicut eſt oĩm regina ſic eſt oĩm patrona. Et equalit ꝙtum in ſe eſt/eſt ei cura de oĩbus. ſapi. vi. Sine ac ceptione ꝓſonaꝝ que ſuper oẽs accepit plenitudinẽ dignitatis: longe enĩ poſitos illuiat radiis mĩe ſue ſibi propinquos per ſpãlem deuotõez ꝓſolatõis ſuauitate exiſtẽtes ſecũ i prĩa excellentia glorie. Et ſic nõ eſt qui abſcondat a calore eius.

¶ Sicut enim tam iuſti ꝙ pctõres aſſidue exorant mariã: ſic tã angeli ꝙ beati iugit reſpiciũt in mariã. ¶ Amarũ mare Maria enĩ mare amaruz intelligit/et quaſi quoꝺ ꝑlagio ſic nũcupata eſt. et ſi nõ propter amarũ pene gemitũ que nõ ha buit que non peccauit propter vehemẽtiã/tamẽ doloris quẽ habuit in filii paſſione ſortita eſt nomẽ amaritudinis. ¶ De hoc mari prophetice dictũ eccleſiaſtes prĩo. Oĩa fluĩa intrãt mare. Et mare nõ redũdat eccleſiaſtes. 10. Oès aque ĩ mare quertunt ꝛc. Dicit ergo oĩa flumina .i. oẽs aque dulces ſcilz omẽ genus grãz et oĩa cariſmata intrant in mare. i. in ma riam. Et mare. i. maria non redũdat. i. non intumeſcit ꝑ ſu perbiam/nõ ſe reuoluit per iactantiã. nõ littus ſuũ ante li mitẽ humilitatis excedit. Audito ſiquidem ab angelo. Aue grã plena dominus tecum. Spũſanctus in te. Ecce quõ oĩa flumina intrant mare. Reſpõdit ecce ancilla domini ¶ Ecce quõ mare nõ redũdat vnde et ei competit ille verſus patris ſui dauid. Ego dixi in abũdãtia mea. i. in plenitudine virtu tum meaz nõ mouebor ieternũ. i. intumeſcã ſupbiando ¶ Et hec eſt veriſſima huĩlitas que naſcit de plenitudie virtutum propter aquaz. i. grãz plenitudinẽ Vnde dicta eſt grã plena in mari enim uec fundus nec mẽſura eſt. nec maria accepit grãm in menſurã alioz eccleſiaſti. i. ¶ Profundũ abyſſũ quis menſus eſt. hec etiam plenitudo ex eo ꝓpadit ꝙ ſicut pluuia in vellus deſcendit in eã filius dei ¶ Propt nauigii aptitudi nem. Vnde dicit xpõ in mari via tua ꝛc. Et veſtigia tua non cognoſcent. per eã enim tãꝙ per mare venit xpũs i mũdũ.

¶Et per eam tanꝯ per mare transcunt veri ysraelite ad pr-
tum felicitatis eterne/submersis egiptiis qꝝ vniuersas ipa
heresles interemit propt amaritudinū multitudinē quas su
stinuit in filii passione. Vnde dicit filio Sicut filius pater.
Omīa excelsa tua et fluctus tui fili mi sup me transierunt
per ꝓpassioēm et interiorē amaritudinē. Qꝝ sicut dicit beatꝰ
ber. Non potuit vidēre filiū crucifigi sine affectu materni do
loris. Et si speraret resurrecturū et mortē superaturū/ quia
nō potest exhauriri. Omnes enī aquas recipit et oēs aquas
emittit et semp plenū remanet et ideo recipit vt emittit. Sic
maria recipit a deo omnes aquas grāꝝ/ oēz plenitudinē vni
uersoꝝ bonoꝝ vt ea nobis distribuat sine diminutōe plenitu
dinis sue. et ideo ad locum vnde exeunt flumina beneficiorū
reuertunt. i. reuerti debent per gratiarū actionez/ vt iterum
fluant ad nos. ecclesiastes prīo. ¶Item sicut nec maris profū
ditas/ sed nec marie liberalitas/ potest exhauriri. Dat enim
sufficient grām vniuersis /nisi per eos steterit quā facilime
inuenit apud deum. Et ipsa est sicut vellus vel spongia. Vnde
descendit sicut pluuia in vellus que multū de facili trahunt
aquā in magna ꝙtitate/ et eam facilima cōpressione refun-
dunt. Sic et maria grām quā inuenit apud deum/ qꝝ gutte
eius non possunt dinumerari. et mīe marie innumerabiles
sunt. ecclesiasti. primo. ¶Arenā maris et pluuie guttas quis
dinumerat. Et hoc ex qua filius dei descendit in eā. sicut plu
uia in vellus qꝝ aque eius salse sunt. potate magis sitim ac-
cendūt. Aque iste gratie sunt quas distribuit maria que gu-
state magis accendūt desiderīū. Vnde ipsa dicit eccl'asti. xxiiii
Qui bibunt me adhuc sitient. Nec mirum si sitim tanꝯ sal
accendit/ cū ipsa sit illud vas nouū de quo dicit heliseus. iiii.
regū. ii. Afferte mihi vas nouū et mittite in illud sal. Sal in
nouo vase/ sapientia dei in vtero virginali. ¶Non mirū si que
tale sal accepit tota salsa est tāꝯ mare. Et ideo semel experti
dulcedinē/ tāto āplius bibūt: tanto āplius bibere cōcupiscūt
¶Dicit etiā maria mare amaꝝ. sicut dicit beda/ eo ꝙ mare

idest muudū per grām suam nobis amaricat et exemplū et vniuersas mūdi ælicias ꝙuertit ī amaritudinē de se sideht cogitāti et mūdanas amaritudines suis imitatorib⁹ dulces facit reputari ꝛut. xxxiiii. Inūdatōes maris quasi lac suggēt ꝓpriius eī alue⁹ huius maris marie sctītas est. et si tm̄ ad scōs respiceret q̄si in suo alueo claudęret/ sz supuenit ī eā spiritussanct⁹ vt eā faceret mūdare. Inūdat eī q̄si propriū excędens alueū cū ipa sz sine pctō nihilomi⁹ cū peccatorbz eā cō descendit q̄ iundatōe tāq̄ lacte suos pascit. Et hec inūdatōes ille sūt emissiones padisi de quibz agit cāticox. iiii. Dicit nichilomin⁹ mare amarū q̄ mūdus fuit ei amar⁹. Dñs ꝛ p virgā nucē ītelligit. iere. i. In nuce ī nucle⁹ hz dulcedinē testa soliditatē/ cortex hz amaritudinē. Nucle⁹ huius nucis spūs marie sup mel dulcis. Testa solida/ corp⁹ integrū: nullo vnq̄ desiderio ꝓfractū. Cortex exterior mūd⁹ cui⁹ diuitias spinas reputabat exēplo filii magis eligēs paupptatē. ¶ Item ipa ē mare rubrū/ q̄ per ꝓpassioēm rubricata est in filii passione. ¶ Dñs etiā dr sunamitis. i. coctinea. cāti. vi. In ipa eī ꝛ p ipaz submers⁹ ē spūalis pharao. i. dpaw⁹ cū toto exercitu viciorū q̄ ī manu femie tradidit dñs sicerā virgā iudic. v. Et ei⁹ meritis et orōibz ꝛ exēplis trāseūt israelite ab egipto hui⁹ mūdi ꝓuio in desertū pmic ipa eis īfundēte grāz penitēdi et inde in trā pmissionis p iordanē q̄ intellīgit humilis descēsus. i. p ipam mariā ī quā descēdit fili⁹ merito humilitatis ei⁹. ¶ Itē maria dsignat p mare fusile de quo legit iiii. re. vi. et ii. pali. iiii. q̄ in edificatōe tēpli mare posītū est in latē dextro ꝓtra orientē ad meridiē vt lauarent in eo intrātes tēplū nec ꝑsumerēt tēplū intrare poluti. ¶ Per hoc mare signat maria q̄ fusilis est p pietatē liq̄facta p dilectōz. Enea. i. iputribilis p peccati īmunitatē sonora p dīnā lucē. et orōnū assiduitatē q̄ spāli affectu mīe volētib⁹ itrare eccl̄iā pria oīz scō⁹ occurrit ipis gratiā amaritudis ꝛ ꝓtrictōis ꝛ solūvere cōfessionis infūdit adverū orientē. i. xp̄m filiū suū p grām deducit. Caritatis feruore q̄ per meridiē dsignat attendit ꝛ tandō ad dexterā eterne beatitudinis introducit.

¶ Gratia plena. ¶ Triplex enim ꝓtest distingui gratia qua pre oibus creaturis maria impleta ē naꝛaliū donoꝝ quoniā spū sancto in ea supueniente integritatē naturaliū secūdum dignitatē prime ꝯditionis sola inter filias eue accepit Ideo cāticoꝝ. vi. dicit. Una est matris sue electa spūaliū carismatū quoniā (christo in ea icarnato) āplius peccare nō potuit. Celestium donoꝝ q; virtute ꝓtemplādi quodmō gratie donata est. Quātū ei distat inter odorem et gustum aromati ce speciei / tāta inter ꝓtemplatōem marie et alioꝝ sanctorū distātia est. Sicut enim singularē actiuā accepit a christo videlicet eius humanā naturā pꝛtare / lactare / pānis inuoluē fouere / nutrire / ceteraq; humanitatis officia ei exhibere: sic vt dicā ꝙ ministrat cordis mei deuotio / etiam dulcedinē diuinitatis sue matri singulariter experiēdā indulxit. Unde plenitudini grē subiūgit. Dominus tecū. ¶ Item grā plena dicta est maria merito triū principaliū virtutū scz. virginitatis caritatis / et humilitatis / que ad hoc vt grā repleret ipaz ꝓmeā reddiderūt. Gratia enim dei sicut dicit beat⁹ ber. Purissimū balsamū est et ideo purum / solidū / et profundū vas requirit. Et quid purius marie virginitate que virgo extitit ante ptum / et in ptu / et post ptum? Quid solidius ei⁹ caritate / q; dilexit cōtinuo / perseuerent / toto corde / tota anima / et tota virtute? Quid profundius eius humilitate que fuit origo virtutum? ¶ Propt hec tria ei dicit cāti. iiii. Tota pulcra es amica mea / interius per humilitatē: exterius per virginitatem. Et macula nō est in te. propt perfectā caritatem. ¶ Grā plena. ¶ Quomodo enim cū tota grē plenitudo in eā aliquid vacuū relinqueret in ea. sic enim vsque quaq; impleta ē grā vt nihil in ea culpa obtineret oīno culpe relictū eēt / nec tiā cogitatio. ¶ Nota ꝙ dicit grā plena nō gratiaꝝ aut gratiis / sicut hester. xvii. dixisse legit. assuero. ¶ Facies tua plena est gratiaꝝ. Non enim mirabile videt si multis gratiis plena videretur. Neq; tā vna ꝙ plena ostenderet / oībus fortasse simul sūptis. Sz ita grā plena ē / vt vnaq; grāꝝ plena. verbi grā.

A deo plena humilitate vt nullus in ea locus relinqueret superbie. Non enim habent alii sancti plenitudinem vllā quin cogitatione cor eorum occupet quandoq; supbia saltē venialis. Sed speciale preuilegium fuit beate virginis nec etiam cogitatione eius vicium aliquid occuparet. Similit sic plena castitate vt nec nūquam eiꝰ cogitationē occuparet luxuria qūz in sanctis/ qūz sublimiora loca sibi vendicare contēdit. Nec sola cogitatione ptēta est sed etiā per primos motus in affectionem irrūpere mollitur. ¶Sic et plena caritate vt nec nouissimū vel modicum locū inuidia/ ira/ vel odiū in ipsa occupauerint et sic de singulis virtutibus. ¶Merito ergo dicitur plena gratia quam sic totā impleuit grā vt nec venialis culpa in ipsius carne vel anima quantūcūq; locum sibi pterint vsurpare/ et bene gratia plena que in corde et in corpore receperat totum gratie fontē. ¶Cui ipse fons gratie christus dominus tantum de sua īmensa plenitudine cōtulit qua eam vsquequaque eam repleuit qđ ipe factus est riuus Que videlicet gratia id est prius mentem eius repleuit ꝙ vētrem et cum misceretur de corpore ab aīa non recessit ideo dicitur iere·xxii. Celum et terram ego implebo. ¶Celum prius idest animā marie terram postea idest carnē et vētrem eius/ vel celum et terram idest beatam virginē. Terram per naturam/ sed celum per gratiam ideo etiam dicitur de ea eccle. xxvi. ¶Gratia super gratiam mulier facta et pudrata gratia super gratiam incessanter enī erant in ea gratie dum qlz gratia eam totam implebat z occupabat et quasi propriam vendicabat. gratia ventris super gratiam cordis . gratia fecunditatis· super gratiam virginitatis gratia enī cor īplens aliis mulieribus tanta est eius humilitas z sanctitas vt cor et vētrē gratia impleuit/ vel gratia sup gratiā id est sup omnē grāz. ꝙ eī mat dei effecta est sup oēz grāz est. ¶Gratia enī qua cor eiꝰ et vēter impletꝰ est omnibus graciis angelorum et hominum sublimior est. ¶Item grā super gratiam quasi

dupliciter gratiosa que sibi et nobis graciam acquisiuit. Vel gracia super graciam id est super omnes gratiosa est mulier. Sancta et pudorata scilicet beata virgo cui data est gratia virginitatis et super hanc gratiam gratia fecunditatis quod fuit illi singularissimū. Vnde dicit ei multe filie id est virtutes angelice cōgregauerunt diuicias gratiarū scilicet virtutū et meritoꝝ tu maria supgressa es vniuersas. Gratia plena et est hic plenitudo prima quā secūdū ordinē historie in nouo legimus testamēto vbi eni venit plenitudo temporis gala.iiii. Venit et pariter tēpus plenitudinis et triplicē. plenitudinē adduxit. Quarū prima est propria beatissime virginis de qua hic dicit gratia plena. Scda est proprie christi hominis de qua io. i. plenū gratie ⁊ veritatis. Tercia cōmunis est oībus sanctis de q̄ legit actuū vi. Stephan⁹ plen⁹ gratia et fortitudine/et actuū.nono. Tabita plena opibns/ bonis/et elemosinis. Prima istarū plenitudinū est gratie. Scda est gratie et veritatis. Tercia fidei et bone operatōis. Prima replet ventrē et mētem. Scda affectū et intellectū. Tercia replet interius mentē et effluit exterius p operatōnē. Beatissima igitur virgo plenissima fuit gratia mēte et ventre. Christus autē plenus fuit gratia et veritate. In quo erāt oēs thesauri sapiētie et sciētie abscōditi ad colo.ii. q̄ ipse virtus et sapiētia virtus prima corinthi.primo super illud actuū.vi. Stephanus plenus grā et fortitudine/glosa fide et operibus q̄d dicitur de thobia/ plana opibus bonis et elemosinis/ ly bouis supponit pro opatōibus interioribus per caritatē et elemosina suppoīt pro opib⁹ exterioríb⁹ p fidem opantē p dilectionē Est autē prima istaꝝ plenitudinū quasi plenitudo fōtis. Scda quasi pleitudo fluminis. Tercia quasi riui a flumine descēdentis. de primo hester.x. Fons parvus qui creuit in fluuiū et inlucē solē q̄ querlus est ⁊ in aq̄s plurimas redūdauit ⁊ c. Maria virgo dicitur fons per gracia rū habūdantiam. Paruus per humanitatis excellentiā et per hoc creuit in fluuiū maximū quando genuit christū qui dicit ecclesiastici xxiiii. Ego quasi fluuius dix et quasi aq

ductus exiui a paradiso. et ab ipso flumīe ascendit plenitu
do sanctorū quasi quidē riuus q̄ de plenitudine eius omnes
accepimus. io. prīo. et ecclesiastes prīo . Ad locū vnde exeunt
fluīa reuertūtur/ locus iste christus dñs est. Prima istaꝝ plēi
tudinū priuat natiuitatē. Scda negat pticularitatē tercia i-
portat redūdationē. Plenitudo sanctoꝝ que cōis est habet re-
dūdationē q̄ aīaꝝ replet interius et effluit exterius per opa
tionē. vnde actuū. Repleti sūt oēs spiritu sancto. Ecce pleni-
tudo interior. Et ceperūt oēs loqui. ecce redundat exterior
Plenitudo christi negat pticularitatē nō enī ad mēsurā dedit
eis deus spiritum sanctum. io 3. super hoc glosa. Non parti-
culariter neq̄ per subdiuisiones sed vniuersaliter et genera
liter vnde et dicit colo prīo ¶ In ipo cōplacuit omnē diuinita
tis plenitudinē habitare corporaliter. Plenitudo autē beate-
virginis priuat vacuitatē. Quādiu enī vas aliqd plus aliqd
vacuitatis habuerit maiorē gratiā recipere potuit. Ipa au
tē plena grā fuit quia maiorē gratiam habere nō potuit ni
si ipsa diuinitati vniretur. hoc est nisi ipsa esset deus. hec est
plenitudo de qua specialiter. hic dicit angelus. ¶ Aue gra-
tia plena. hec itaq̄ propria est beatissime virgini q̄ et angē
lus propriū nomē eius tacuit et hoc quasi pro noīe eius pro
prio posuit vt plena gratia. dīceps vocabitur . Item gratia
plena et hec plenitudo cōsistit in duobus in plenitudine san
ctitatis et dignitatis. ¶ plenitudo dignitatis attendit i hoc
q̄ ipsa est virgo et mater. Ideo se cōparat cedro q̄ altitudine
excedit oēs arbores sic et ipsa omnes homines. ¶ plenitudo
sanctitatis in hoc q̄ non solum sancta est in se sed et alios
sanctificare ptest et a peccato sanare. Vnde se comparat ci-
presso que est arbor medicinalis. ¶ Gratia plena Quadru-
plex est plenitudo. prima sufficiencie / hoc in apostolis actu.
2. Repleti sūt oēs spū sācto. Scda magne excellētie. hoc i sā-
cto staphano pleno gratia et fortitudine. actnū vi . ¶ Tercia
multo maioris excellentie/ hec in maria grā plena. Quarta
sūme excellentie. hec in christo luce iiii. Ihesus plen⁹ spiritu

ſancto egreſſus eſt a iordane ¶Sufficiens ſcz q̄ replet ſecūdū rei cōgruentiā vt cum dicitur eccl'ia plena eſt populo non q̄ nullus ibi locus vacuus relīquat ſz qr ſcdz ꝓgruētiā ibi exñ- tes loco ſufficiūt. Talis grē plenitudo fuit in ſtephano et ſā- ctis nō q̄ peccare nō ꝓtuerūt qr et apoſtoli excutè puluerem de pedibus p̄cipiūtur et io. prīa canoīca ſcdo. Si dixerimus q̄ peccatū nō habemus ꝛc. Jacobi 3. in mlt'is offēdimus oīes ſz qr grē plenitudinē ad ſalutē p̄cepūt vſqz quaq̄ replēs qđ eſt cū iure repleta nichil vacuū relīquit vt in menſura vini vel olei hoc fuit ante filii dei cōceptionē in beata virgine vt ſupra oſtēſū eſt qr in vſqzquaq̄ pleno nō recipitur plus. Su perfluēs quādo ſcz res que īplet vas capacitatē exedit. hec plenitudo fuit in chriſto vt ſupra dictū eſt ꝛ de illa plenitudi ne accepimus gratiā pro gratia io. prīo. et hec ipſa plenitu- do ſignata eſt cum ei dictū eſt. Aue gratia plena. ¶ plenitudo ſupfluens cum ſtatī ſubiūgitur. Spūs ſanctus ſupueniet in te et c. Quaſi fons ſubminiſtrans plenitudinē vndiq̄ afflu- entè et paulopoſt q̄ dicta eſt gratia plena ſubiūgit ſpūs ſanc tus in te ꝛc. ideo ſic videtur poſſe dſtingui q̄ fuit gratia ple na quaſi ad raſū pro ſe quaſi ad cumulū propt̄ nos qui de il- la plenitudine sēper accepimus niſi ſteterit per nos

¶ Gratia plena Ad deū per humilitatē. Ad angelos per vir ginitatē ad homines per fecūditatē prouerbioꝝ. xi. Mulier gratioſa id eſt maria gratia plena inuenit glorioſam illā de qua prouerbioꝝ x. Gloria patris. filius ſapiēs. Beatus ber. hec eſt virginis noſtre gratia ſingularis et excellētiſſima p̄- rogatiua marie quod filium vnum eundem quod cum deo patre meruit habere communem ¶ In hoc autem q̄ dicitur gratia plena interior non exterior gratia deſignatur. ¶ Ex- terior enim gratia fallax et vacua eſt vt eſt pulcritudo cor- pris. Nobilis generis et huiuſmodi prouerbiorum in fine. ¶ Fallax gratia et pulcritudo vana et cetera. Hec plenitudo gratie fuit in beata virgine. ¶ Fomitis extinctio veritatis

augmẽtacio. virtutis dilectco. ꝓma est fuga viciorũ et parat animũ. Secunda ꝓficit intellectũ. Tercia cõsummat affectum ideo gratia plena magis q̃ stephanus minus q̃ christus. ¶ Stat igitur in medio vite et virtutibus. hec cum stephano. Stephanus plenus plenitudine apta. christus plenitudine cumulata. maria plenitudine aqua. ꝓma sufficit/ scda effluit/ terciã perfecta est. Itẽ hec plenitudo gracie refertur ad quattuor cardinales virtutes quibus nichil melius ẽ in vita hominũ sapiẽtie viii. quas singulas inuenimus eminuisse tripliciter in ea. Habuit enĩ ex tẽperẽcia carnis pudiciciã ex sermonis modestia cordis mũdiciã. Ex prudẽtia siluit turbata. Intellexit audita/ respõdit sapiẽter ad ꝓposita ex iusticia/ respõdit omnibus qd̃ ꝑebat/ duris cordꝫ iecit mortem in sua despõsatione/ in filii circũcisione/ in legali purificatione. Afflictis exibuit compassionẽ. io. secundo Filii non habent vinum. ¶ Sanctis redidit communionem quia erat cum mulieribus et discipulis in oratione perseuerans. ex fortitudine ꝓpositũ virginitatis assũpsit ¶ Assũptũ tenuit reitã immense fidẽ adhibuit. fiat michi inquit scdm verbũ tuũ hec sũt duodecim stelle in corona mulieris ꝫ qua dicit. apo. duodecimo. Mulier amicta sole et luna sub pedibus eius et capite eius corona xii. stellaꝝ. has tamẽ duodecĩ stellas dicit beat9 bernardus duodecĩ ꝓrogatiuas virginis propter quas etiã dicitur gratia plena. Quatuor sunt celi. quatuor carnis quatuor cordis. Fulserũt enĩ quasi stelle ꝫ celo marie gñatio ãgelica salutatio Spũs sãcti supuẽtio filii dei ĩenarrabilis conceptio. fulserũt in carne quattuor quod fuit virginitatis primicia sine corruptione fecunda sine grauamine grauida sine dolore puerpera. Fulserũt in cordꝫ quattuor scilꝫ ꝺuotio humilitatis/ reuerẽtia pudoris/ magnitudo credulitatis ⁊ martirii cordis. Propter prias dicit dñs tecũ. ꝓpter scdas dicit benedicta tu inter mulieres. propter tercias dicit grã plena ꝓpter oẽs dicit puer. vltio. mitte filie congregauerũt diuitias ⁊c

¶Grā plena. Magister hugo de fācto victore ad mariā recte dicta es gratia plena: ꝙ qua ortus est fons gratie ideo totum nobis quodāmodo ate quod per illū nobis est qui natus est ex te. ¶Benedicta est enī gratia plena et in tantum plena vt ex tuo redundante et totus hauriat mūdus. ¶Si enī prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lāpadibus tu prudentissima virgo virginum non tantum vnū vas habuisti oleo gratie repletum quo lampadem tuam in extingibiliter ardentem nutrires sed aliud gestabas vas redūdans et indefficiens ex quo effuso oleo misericordie omnium lampades illuminares et vas omnium vsque ad cūmū repleres et in illo nichil minueres. Prudēs ergo fuisti vt tibi prouideres nec timida vt aliis subuenires. nec dixisti nec forte non scilicet michi et vobis sed sciens quia sufficeret tibi et nobis et sufficienter retinuisti et sufficienter tribuisti/lumen in lampade fuit in carne virginitas. oleum in vase. in corde humilitas ¶Et erat aliud vas humanitatis verbi in vtero tuo scilicet gratia plena ex cuius plenitudine tu quoque accepisti et lumen virginitatis in carne et oleum humilitatis in corde ¶Postea autem partu intemerato nobis propinans ipsum īdefficiens tribuisti vt ex illius plenitudine effundēretur quo et lampades nostre extincte illuminarēt et vasa vacua replerentur. Sic gratia plena fuisti cum de terra carnis tue fons gratie erupit ut maneret super omnem terrā et irrigaret aridam et statim fecundaret. Item plena gratia illam esse expediuit per quem quasi per carnale quod fons gratie diuine ad vniuersitatem humani generis redundauit. Sic igitur o fidelis anima gratia tibi effluerit ad ipsā plenitudinē gratie confugere et currere necesse est tibi ne vero dicerit si de illa plenitudine aliquid defluxerit minuetur plenitudo absit. hec enī plenitudo talis nature est ꝙ quanto āplius de ea affluxerit tanto amplius abundabit sicut de amore palam est quanto enī āplius aliquem amabis tāto de amore tuo am-

plius effluet in illū quem diligis et quanto amplius amabis tanto ampliore dilectione abūdabis ideo canti·vi. Dicit ei sponsus vmbilicus tuus crater tornat illis nūquam indigens poculis. Videres igitur q̄ ipse fons amoris de ipo suo fluxu crescat ita vt effluendo augeatur ipsa vero sui retentione arrescat et detrimentum patiatur retine amorē tuum ne fluat in alium. iam nil amoris habes/ iam ī te aruit fōs amoris. ideo et vocatur ipa. fons ortorum. puteus aquarum viuentium que fluunt impetu de libano. ¶ Si ergo aridum est cor tuum/ si rigatione indiget curre ad fōtem ortorum qui omnes ortos irrigat/ curre ad puteum aquarum viuētium et ne timeas lauē extrahendi quia fluunt cū impetu propter vacuitatem et ferocitatem ecclesiastici xl. ¶ Super omnē aquam viriditas ꝛc. Non pōtest eī nō virere cor qō huic fonti ꝛ huic puteo proximum fuerit/ non pōtest arrescere/ nō pōtest concupiscentiarum exuri incendio qm̄ gratia gratis datur alioquin iam gratia non esset. ro. x. ¶ Curre ad plenam gratiam que dat omnibus affluenter. cui dare gaudium est alioquin larga non esset. Gratia plena. quasi ad rasū propter se/ quasi ad cumulum propter nos qui de illa plenitudine omēs accepimus ex ista si quidem plenitudine venit nobis precium redemptionis/ aqua ablutionis/ panis refectionis/ Medicina curationiū/ Armatura repugnationis/ Premium remunerationis. ¶ Precium redemptionis quia ipsa fuit saculus pecunie inquo fuerunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. colo. scdo. que secū tulit deus in assumptione matris. prouer. vii. Reuersurus in die plenelime. ī. inconsummatione eccle. de hoc precio. paratulis vlti. Procul et de vltimis finibus precium eius id est inuentoris dicit glosa. de vltimis finibus id est de humilitate vltima beate virginis vel de vltimis finibus id est de cōiūctione dei ꝛ hominis qui sunt duo vltimi fines sapientie octauo

¶Actingit a fine et c. hoc precium incarnatione missum est nobis et eodē die persolutū qr eodē die christus est concept? et passus triginta tribus annis revolutis sed iudei precium istud cogitauerunt repellere ꝙuis enī hoc preciū esset auruz optimū terre eiulath id est beate virginis genesis scdo quare titulo ꝙ maria dicitur terra ipsi tamen nō cognouerunt hoc aurū qr nō crediderūt ipsum deum: sed reputauerunt cuprū et celeste mel suspicati sūt fel. vnde omnimodo quo probatur aliqua pecunia aliqua probauerunt eum. Examinauerunt enim eum in igne. sed nhil inuenerunt de scorea. vnde filius patri igne me examinasti ministerio crucifixorum. Itē imi- nauerunt ipsum vnde diminauerūt ic. et nō est inuenta i me iniquitas. nec hoc sufficit sed etiā librauerunt eum in statera crucis. vnde de ea canitur. Statera facta est corpris et cete. Item sola digna tu fuisti ferre preciū seculi et cetera. ¶Aqua absolutionis quia ipsa est fons zacharie xiii. In die illa erit fons patens. canticorum secundo. Fons ortorum puteus a- quarum ipsa enim est fōs aquarum quantum ad commu- nia beneficia que exhibet omnibus. ¶puteus quantum ad profundas et speciales deuotiones quas suis specialibus sub ministrat. Ipsa etiam dicitur cisterna inquantum ab ipsa p fluit reflectio peccatoribus. ¶hec est cisterna behtleem secun di. regum xxiiii. Justa portam quia omnes transeuntes vult quantum in se est satiare ¶vnde clamat. transite ad me om- nes qui concupiscitis me et cetera. huius cisterne a qua chris tus deus est qui fons aque sallientis in vitam eternam Jo. quarto. hanc aquam concupiuit dauid. id est ppulus iuda icus clamans. anima nostra sicut terra sine aqua tibi et z. regum xxii. O si quis michi daret potum aque de cisterna i c. psa. xli. Egeni et pauperes querunt aquas/sed dominus mo pset aaron dedit consilium quid facerent. numeri xx. Loqui mini inquit ad petram id est ad beatam virginem duram cōtra tbulatōez grauē cōtra instabilitatē z dabit vobis aqs

Tunc aperuit eis dominus thesaurū suū fontem aque viue de cisterna bethelee. hāc aquā attulerūt duo fortes scz fides et caritas. Fides fortis que trālfert mōtes p quā sancti vicerūt regna. Caritas fortis vt mors ecclesiastī. viii. z quid fecit dauid. i. iudeus de aqua ista nō bibit qz non credidit sed libauit eā domino in cruce. Sz certe illa libatio nostra fuit ablutio. Ipe enim lauit nos a peccatis nostris in sanguīe suo cū quo exiuit aqua apoc. i. Iste etiā fons vite sanctificatus ē gene. z. vbi legit q fluuiꝰ egrediebat de loco voluptatis ad irrigādū paradisum qui inde dīdebat in quatuor capita. hec quatuor capita/ quatuor sunt beneficia a quibz deriuant cēta oīa scz beneficiū creatōis/ recreatōis/ iustificatōis et glorificatōis. Et bene dicunt beneficia hec fluīa que cōtulerūt nobis quatuor q̄ solent flumina magna offerre ciuitatibz et villis quas pretfluūt. Flumē necessaria aportat/ superflua exportat/ sordes abluit/ sitim extingit. Beneficiū ergo creatōis velut fluuius oīa necessaria nobis aportauit sicut pz gene. prīo. Beneficiū recreatōis oīa superflua exportauit scz originalia z actualia peccata. Tūc enim ipe fuit hircus emissariꝰ qz pctā populi detulit i desertū. leuiti. vi. Beneficiū iustificatōis oia immūda nostra abstulit. Unde āplius laua me ꝛc. Sz beneficiū glificatōis oēm sitim extinguet vsqz tūc enī sciet aīa nostra ad. d. f. v. Nec extinguet sitis hec in plenti qz non saciabitur oculus visu/ sz saciabimur cū appuerit gloria eiꝰ quādo de torrente voluptatis sue potabit nos. ¶ Panis refectōis. Ipsa enim est nauis institoris delōge portās panem suū. De longe quia ipe panis viuus qui de celo descēdit ad quē nos inuitat virgo prouer. lxxxx. Comedite inquit panē meū et bibite vinū qd miscui vobis. Deus enī trinitatis aquā humanitatis cū vino diuinitatis miscuit quādo naturā humanā vniuit diuine. et beata virgo miscuit quādo vnionē credidit et consensit panē istū similit nobis cōfecit. Ipa enim est sarra q̄ miscuit tria sacca farine. gene. xviii. Diuinitatē animā et carnē fer-

mentum in hac confessione fuit fides virginis qui sez panis pistus fuit in incarnatione/ decoctus in clibano uteri virginalis/ igne spūs sācti vel caritatis marie. Sed fract9 in passione quādo misit cristallū suū. i. clarissimā animā suā ad ludendū sicut bucellas. i. sicut frustrū panis diuisū a pane. i. a corpre quod iacuit in sepulcro. Hic ē panis quē petebāt paruuli. trenoz. iiii. et psa. lvi. Frange esurienti panē tuū. i. permitte animā tuā et corpus ab inuicez separi in cruce pro refectōe famelicoz. ¶ Medicamētū curatōis ecclīasti. xxxviii. altissimus de tra carnis virginee creauit medelā corpus xpi ecclesiasti. xliii. Medicina oīm in festinatōe nebule. Quere titulo de orto versu octauo vbi ortus dicit nebulosus. Hec medicina profluxit nobis de plenitudine marie vnde xpūs dicit ecclesiasti. xxiiii. Ego quasi fluui9 dnix qđ intelligit medicamentū generatōis qz ipe sanat oēs infirmitates nostras/ et quasi aque ductus exiui a padiso. i. virginis utero.

¶ Arma expugnatōis. Sed que cōuenientia sunt ad medicinam? Maria siquidem dsignat p domū saltus libani. z. re. vii. Que diuisa erat in duas ptes sicut dicit magister in hystoriis. Una pars vocabat pigmentaria que ptinebat pigmēta et aromatica ad vsum tēpli et domus regie. ¶ Altera pars armaria ptinēs arma ad tuitōem regis et decorem domus. Hec domus signabat mariā. libanus cād9 vel cādidatio. Hec est virgo tota candida īterius et exterius quā fecit salomon qz sapientia id est xpūs editicauit sibi domum. prouer. ix. Et hec domus ptinuit medicinā contra morbos peccatoz id est xpm et arma cōtra mūdū et dyabolū scz virtutes pauptatē humilitatē et hmōi. ¶ In hac etiā domo erāt scuta aurea que fecit salomon dsignātia scutuz illud qđ petiit dauid dicens. Apprehende arma scutū qđ fecit dnin9 dicēs. ¶ Introibo in locū tabernaculi admirabilis. i. in beatā virginem incarnabor. ¶ Vbi accepit scutum bone volūtatis. i. carnem in qua nobis ostendit bonā suaz erga nos voluntatē. Vnde notabiliter

dicit. Coronasti nos. ¶ hec enim summa dignitas hominis ad alias creaturas q̄ videt deū ferre scutū suū. ¶ hoc scutum pforatum fuit in pugna passionis in quinq̄ locis. ¶ premiū remuneratōis tandem accepturi sumus. de qua plenitudine q̄ filii merces fructus ventris. Istud inuenies infra titulo Benedictus fructus ventris tui.

Dominus tecū. ¶ postq̄ dicta est grā plena subdit dñs tecū/in quo ei assignatur gratia singularis. ¶ Dñs enī cū sanctis angelis est per grām/cū sanctis hoībus non solum per grām/sed etiaz per naturā: vt possit homo dicere emmanuel.i.nobiscū deus scz per naturā socius.qđ dicere nō pōt āgelus.qđ sicut dicit ad he.2. Nusq̄ angelos apprehēdit q̄ angelicā naturā non sibi minuit/sed semē abrahe quādo in virgine maria orta de semīe abrahe naturam humanā assumpsit. Cum beata autem virgine non solum per gratiaz fuit et naturam/sed per assumpte carnis ipsius portionem sine virilis admixtione seminis vt dicatur ei dominꝰ tecum. Exclusio carnalis patris consortio. Vnde et dominus tecum longe excellentius q̄ cum ceteris sanctis cum quibus est spiritualiter tantum et in corde. Sed tecum est et spiritualit in corde/et corporaliter in ventre. Item quod dicit dominus tecū refertur ad caritatem marie quia deus caritas est et qui manet in caritate deus manet in eo.etcetera. ¶ Dominus tecum Beatus bernardus non dicit dominus in te/sed dominꝰ tecū Dominus enim qui vtiq̄ equaliter totus est per suam simplicem substantiam ¶ Aliter tamen est in rationabilibus creaturis q̄ in ceteris. Et ipsarū aliter in bonis/aliter in malis. ita sane est in rationabilibus creaturis vt non capiatur ab eis. A rationabilibus autem hominibus capi potest per cognitionem/sed a bonis capitur tantum per amorē. In solis bonis ita est vt etiā sit cum ipsis propter cōcordiā volūtatis. Nam dum suas voluntates iustīcie subdūt per hoc q̄ ab huiꝰ voluntate nō dissentiūt: deum sibi spūaliter iungunt.

Sed ita sit cum omnibus sanctis spiritualiter tamen cum maria cū q̄ vtiq; tāta ei ꝓsensio fuit vt illius nō solū volun-tatem/sed etiā carnē sibi ꝓiūgeret:ac de sua et virginis sub-stācia fieret vnus xp̄us.qui et si nec tot⁹ de virgine/totus tā mē dei et totus virginis esset. Nec duo filii/sz vn⁹ fili⁹ vt̄usq; Ait itaq;.Aue grā plena dominus tecū. Nec tātū dns quē car ne tua induis/sed et domin⁹ spūs scz de quo ꝓcipis et ipe de⁹ pat̄ qui genuit quē cōcipis. ¶ pat̄ inq; tecū q̄ filiū suū facit ꝛ tuū. Filius tecū qui ad condendū in te mirabile sacramentū miro modo et sibi reserat genitale secretū ꝛ t̄ seruat integrū/ virginale signaculū. Spūs sanctus tecū qui cū patre ꝛ filio tuū sanctificat vterū huc vsq; beatus bernardus.

¶ Dominus tecū. ¶ In verbis istis denotat̄ societas diuina ad mariā quā habuit maria similit̄ in summo creatore. Est eniz ꝑplex societas. vna carnalis spōse ad sponsū. Alia nat̄a lis matris ad filiū. Tercia spūalis creat̄e ad deū. Prima ma gna q̄ ibi sunt duo in carne vna. Secūda maior q̄ sunt duo ex carne vna. Caro enim mat̄s ꝛ caro filii/ vna caro. Tercia maxima q̄ qui adheret deo/ vnus spūs est.cū.i. ad corin.vi. Merito ergo societas beate virginis ad deū sūma est q̄ omēs istas ꝓplectit̄ ¶ Alit̄ pt̄est distingui istud vt dicatur ꝙ q̄tuor sunt vniones que maxime vnū faciūt.et omnes iste fuerunt int̄ mariā et spūm sanctū seu diuinā sapiēt̄iā. Prima est dei ad animā et est spūalis de qua.i.corin.vi. ¶ Qui adheret deo etcet̄a. vt supra et hoc est ꝑ grām/ et maria dcā est grā plena et qđ inuenit grām apud deum. Et spūs sāctus superueniet in te. Et per hāc vehementē vnionem sui ad diuinā sapien-tiam per grām dicit ipsa cāticoꝝ.ꝛ. Dilectus meus mihi ꝛc. vt supra. Scdā est personalis et est aīe ad corpus. Quāuis ei marie non cōiungentur in vnitate diuine persone/ diuina sa pientia tamen portionem carnis eius in vnitate persone sibi sociauit diuina sapientia quādo illud impletū est. Simul in vnum diues et pauper. Tercia vnio est naturalis scz arbris

ad fructum matris ad filium. ¶ Ipsa enim fuit arbor/xp̃us fructus. Ipsa mater/ipse filiꝰ. ¶ Quarta est sacramentalis et est per cõiugiũ et hoc spãlissime ibi fuit ¶ In conceptione enim saluatoris celebratũ fuit cõiugiũ inter diuinã naturaꝫ et humanã et hoc in vtero. ¶ Matrimoniũ eĩ cõsistit in duobus. In mutuo ꝯsensu qui fuit quãdo virgo respondit: Fiat mihi secundũ verbũ tuum. Et in coniũctõe naturaꝫ que ibi fuit quãdo verbũ caro factum est. Et tũc fuerũt beata virgo et diuina sapientia vnus spũs et vna caro. Si enĩ eua est dcã esse vna caro cum adam qꝛ de costa eius formata ab eo tamẽ educta et in nullo ab eo nutrita melius multo dicetur caro xp̃i esse vna cũ beata virgine qꝛ nõ de costa sed de ĩtimis viscerib⁹ ꝑmo de purissimo sanguine virginis educta sicut dicit Damascenus et nõ extra et intra gloriosa eius viscera nouẽ mensibus educata. ideo dicit infra corin. vi. et gene. ii. Erunt duo. i. xp̃us et maria ĩ carne vna virginali. Propter hãc etiã ꝯuenientiã et multiplicẽ vnionẽ inter mariã et diuinã sapientiam fere oĩa que dicunt de diuina sapiẽtia exponi possunt de maria et eis eadem attribuunt et forte propter hoc dictũ est ei dominus tecum. ¶ Dominus tecũ. Tripliciter enim fuit domin⁹ cũ illa/videlicet. Sicut dñs cũ ancilla/sicut spõsus cum sponsa: sicut filius cũ matre dilectissima. Sicut spõsus cũ sponsa. Si enim virgines spõse sunt agni/quomodo nõ virgo virginũ spõsa sponsaꝫ. Ipsa enĩ merito dicit virgo virginũ que primo cõsecrauit ⁊ vouit virginitatẽ ablqꝫ omĩ ꝯsilio ꝓcepto et exemplo. Laudẽ enĩ virginũ aliaꝫ dicit qꝫ sequũtur agnũ quocũqꝫ ierit apoc. xiiii. De ista autez ꝓtest secure dici qꝫ agnus sequebat eam quocũqꝫ iuit. vnde luce scdo Descendit cũ illis nazareth et erat subditus illis. Item cãti. secũdo. Dilectus meus mihi et ego illi qui pascit inter lilia. ¶ Fuit etiã deus cum illa sicut filius cũ matre dilectissima. vnde spũaliter hic dicit dominus tecũ. Ex hoc enim vocatũ est nomẽ eius ẽmanuel. i. nobiscum deus qꝛ ex hac vnione dei

et domine nostre factus ē xp̃us filius humane nature/ factꝰ
est caro et frater noster qꝛ omnes fratres sumus in christo/
factus est sponsus ecclesie .¶ De quibus nuptiis io.2.nuptie
facte sunt in chana galilee et erat mater iesu ibi. Chana ze
lotipia .i.galilea transmigratio. In chana ergo galilee id est
quasi īmoderata caritate fecit dininā naturā transmigrare
ad humanā.¶ Iste etiam nuptie prefigurate sunt in nuptiis
hester et assueri de quibus dicit hester scdo. qꝺ fecit assuerus
qꝺ interpretat beatitudo ꝛ signat xp̃m cōuiuiū magnificū.i.
spūale gaudiū inestimabile.¶ Pro nuptiis hester. i.humane
nature prius abscondite a deo per peccatū nūc autem eleua
te super oēm creaturā in xp̃o domino īvnitate persone. vñ
in psal. Beatꝰ quē elegisti et assumpsisti īhabitabit in atriis
tuis id est cōicabit tibi in proprietatibus. hester enim inter
pretatur absconditaꝛ vel eleuata ī ppulis.¶ Fuit etiā deus
cum ea/ sicut dominus cū ancilla. Si enim beatus populus
cuius dñs deꝰ eius quomodo nō est beatissima cuius deus fi
lius eius. Pluribz etiam modis aliis et in pluribus locis et
factis fuit deus cū ea. Fuit enī deus cū ea in exilio. Math.2.
Tolle puerꝫ et matrē eius et fuge in egiptū .et ideo certe mō
est ipsa cū eo in solio et in regno. Vnde assistit regina qꝛ si cō
patimur et cōregnabimꝰ thi.2. Ad vltimū fuit dñs cū ea et
ipsa cum domino in eoꝺ labore et eodem opere nostre redēpti
onis. Mater mīe: Pater est mīaꝫ adiuuit in ope nostre salu
tis. vnde predictū erat gene.pīo de prima muliere. Faciamꝰ
adiutoriū ei ꝛc. Illa enim litteralis eua viro suo nō fuit in
adiutoriū/ sed in destructoriū magis. Hec aūt in adiutoriū qꝛ
in manu femine tradidit dominꝰ zizaniā.i.dyabolū. iudic.v.
Et vna mulier hebrea fecit pfusionē ī domo nabuchgodono
sor Judic.xiiii.quere titulo maria mulier. Quid ē ergo qꝺ dō
minus dicit psa.lxiii. Torcular calcaui solus ꝛ de gentibz nō
est vir mecū. Dez domine qꝺ nō ē vir tecū sed mulier vna tecū

est que oīa vulnera que tu cepisti in corpore/suscepit i corde
¶ Et sicut lancea militis perforauit latus tuum: ita gladius
doloris eius animā pertransiuit. Et sicut tu non qđ voluisti
sed quod pater tuus voluit sustinuisti/ita ipsa non quod ip-
sa voluit: sed quod tu voluisti tecum sustinuit. Quia sicut tu
salutem humani generis sitiuisti/sic et ipsa sitiuit. Stabat
enim iuxta crucem sicut dicit ambrosius non vt dolorem fi-
lii consideraret/sed vt salutem humani generis expectaret.
Sic ergo patet q̄ in omnibus fuit dñs cū ea et ipsa cū dño.
¶ Dominus tecum· Canticor secūdo· ¶ Iste venit saliēs in
montibus transiliens montes. Montes vel colles angeli sūt
¶ Saliit ergo christus in montibus hoc est in angelis. Et
sicut vnus illorum missus est ad salutem nostram. Omnes
enim spiritus administratorii sunt. ad he. prīo. ¶ Transiliit
colles id est minores angelos superauit et alacritate humili
tate ministrandi qui non solum venit ministrare sed etiā da
re animam suam redemptioni pro multis quod nullus fecit
angelorum. ¶ Deniq̄ transiliit gabrielem et preuenit ad vir
ginem ipso etiam angelo attestante qui ait dominus tecum
¶ nec dicit dominus meus veniet prepara ei hospiciuz sicut
dicere solent alii precursores/sed hospicium preparatum in
ueniens et dominū preuenisse ei dicit dominus tecum. Quia
quem modo in celum relinquerat reperit apud eam. ¶ Bea-
tus bernardus. victus es o archangele. Transiliit te qui pre
misit te. Causam autem huius tante festinantie assignauit
maria canticorum primo dicens. ¶ Dum esset rex in accubi
tu suo/nardus mea dedit odorem suum. Dum esset rex idest
christus qui regit omnia in accubitu suo idest cum esset filiꝰ
in sinu patris nundū factus visibilis vel in accubitu suo idest
in excelso celor habitaculo ¶ Et nota q̄ noīat regē nō spōsū
q̄ nundū celebrate erāt nuptie ī chana galilee id est in vtero
marie. Nardus mea. i. deuotō huīlitatis dedit odorē suū id est

placuit altissimo. Cuius suauitatis odo non solum mundū circūquaqz pfudit sed etiaz totam supernā ciuitatē aspersit vsqz ad mares omini peruenies et vsqz ad illū qui ī sinu patris diu expectauerat et desiderauerat hūc odorē qz in aliquo angelox talem non poterat inuenire. ¶ Laudabilius est enī in carne fragili vitā angelicā ducere ꝑ esse angelū vt dicit ieronim⁹. Vel dedit odorem suū. i. precipuū vsqz in accubitū patrū solii. Odo aūt huius nardi fuit eius virginis humilitas et humilis virginitas/ quo odore suauissimo dei filiū illexit et totū rapuit qui illectus et totus rapt⁹ de sinu patris salit in vterū matris. Et a summo celo egressio eius. qz sicut dicitur sapientie. xviii. Omnipotēs sermo tu⁹ dñe exiliēs de celo a regalibus sedibus venit. Nec solū in ventre eius dedit odorem virginitatis/ sed et in mente odorem humilitatis reperiens: et his odoribus odorem sue deitatis admiscēs. De ācilla fecit spōsam/ et de creata geītricē. Sic nimiꝝ virgo humilitas marie regem celoꝝ attraxit ad terrā et velut aquillā odore prede cōcupite. illectā carni immaculatissime copulauit. ¶ Ascēdente enim fumo aromatū. i. virtutū eius in cōspectu glorie magni dei inuenit grām coram oculis dñi clamātibz qui circūstabāt. Que est ista que ascendit per desertū sicut virgula fumi ex aromatibz ꝛc. Statimqz rex egrediens de loco sancto suo et de excelso celoꝝ habitaculo prosiliens/ exultauit vt gygas ad currendā viā. Et nimio puolās desiderio preuenit nunciū suū ad virginem quā elegerat quā amauerat/ cuius decorem cōcupiāt et quasi vnicornis mānsuetissimus in sinū virginis recepit deposita iracūdie feriditate qua propter peccatū primoꝝ parentū ad genus humanū vsqz tūc habuerat. Quem prospiciens a longe veniētez gratulās et exultās ait ecclesia. Ecce iste venit saliens in mōtibus ꝛc. vt supra iō dicitur dominus tecum. ¶ Dominus tecum. In his duobz verbis notat dominiū marie et dignitas super filiū suū. Cū enim de omnibus ceteris sanctis dicatur et magnum sit eis

esse cum domino. vnde et enoch dicit ambulasse cum domino deo/qđ faciũt qui per omnia obediũt eius volũtati. ¶ Maria maior aliquid ceteris omnibz sanctis sortita est vt non solum subiceret voluntati domini sz etiã dñs volũtati ipius/ vt per hoc merito diceret domin9 cũ ea. Beat9 ber. An nõ deũ et dominũ angelor maria suũ audacter appellat filiũ dicẽs. Fili quid nobis fecisti sic. Quis hoc audeat angelor. Sufficit eis et pro magno habent q cũ sint spũs ex cõditione lex gratia facti et vocati sunt ãgeli. vnde dauid. Qui facit ãgelos suos spũs. ꝛc. Maria vero matrẽ se agnoscens maiestatem illã cui illi cũ reuerentia seruiũt/ cũ fiducia suũ appellat filiũ. ¶ Nec dedignat vocari filius qui eẽ dignat9 ẽ. nã paulo post subdit euãgelista. Et erat inquit subditus illis. Quis quibus deus hoibus. Deus inq cui angeli subditi sunt. Cui principatus et ptestates obediũt subditus erat marie/ nec solũ marie sed etiã ioseph propt mariã. et ideo ad interpellatõez matris distulit vsqz ad triginta ãnos negociũ qđ iã incepat idco canti. viii. dicit. Innixa sup dilectũ suũ quasi superior dilectio ¶ Itẽ canti. ii. Dilectus me9 mihi subditus seruiens et obtẽperãs sicut filius matri. Et ego illi obtẽperãs et obediens sicut filia patri/ sicut ancilla domino/ sicut creata creatori. ¶ Itẽ contra hoc qđ dictũ est eue merito translgressionis sue/ sub viri ptestate eris et ipe dominabit tui gene. z. Dictũ est marie dominus tecũ merito gratie quã inuenit. Ad hoc etiaz facit q soliũ salomonis dicit habuisse scabellũ. titulo de solio ¶ Itez magister hugo de sancto victore sup io. ii. Defficiente vino dicit mater iesu ad eũ vinũ nõ habẽt. Nec dicit peto vt effectu poculi vinũ cõmutando aut creando suppleas: sed hoc matne reuerencie priuilegiũ deberi existimauit. vt quicquid inuẽdo se velle signaret pati repulsam a filio non debuisset. Et quid iustũ fuerat si tale aliqđ ab eo ptuisset qđ ille facere posset secundũ naturã quã ab ea acceperat. Nũc autem quodãmodo iuste reprehendit q ab ea natura quã nõ dederat obediẽciam

